Vergilius Maro, Publius; Servius [Comm.]; Donatus, Aelius [Comm.]; Landinus, Christophorus [Comm.]; Domitius <de Calderiis> [Comm.]: Opera: Bucolica et Georgica

Nürnberg: Anton Koberger, 1492 Seite 64



Hæc sunt carmina Ouidii.

Vid faciat lætas segetes quo sydere seruet
Agricola vt facilẽ terrã proscindat aratris:
Semina quo iacienda modo:cultusq; locorũ
Edocuit messes magno cum fœnore reddi.

P. Virgilii Maronis Georgicorũ liber primus

Vid faciat lætas segetes
quo sydere terram
Vertere mœcenas:
vlmisq; adiũgere vites
Conueniat:quæ cura boũ quis cultus habẽdo
Sit pecori:atq; apibus quãta expientia parcis.
Hinc canere incipiã.vos o clarissima mundi
Lumina labentẽ cœlo quæ ducitis annũ
Liber & alma ceres vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit arista:
Poculaq; inuentis acheloia miscuit vuis.

SERVI. IRGILIVS in æneide secutus ẽ Homerũ licet longo interuallo. In bucolicis Theocritũ: a quo nõ longe abest. In geor. Hesiodum:quẽ longe reliquit. Hesiodus ex ascræa ciuitate natus scripsit ad psem fratrẽ librũ quẽ appellauit ἐργα και ημερασ.i.opera & dies. Hic liber cõtinet quo modo & quo tpe agri sint colendi. Nõ tñ transtulit titulũ:vt bucolicorũ transtulit. Sicut etiã æneiden appellauit ad imitationẽ Odysseæ & tamẽ illũ p periphrasim exprimit primo versu dicens:quo opere & qbus tpibus ager colẽdo sit indicabo. Ingenti ergo arte sui ingenii vim indicauit lata coartãdo & angustiora dilatãdo. Nã Homeri & Theocriti prolixitatẽ coarctauit. breuitatẽ autẽ vni⁹ libri Hesiodi in quattuor distinxit libros. Nec id temere:nam teste Varrone: aut aruus ẽ ager.i.sationalis: Aut arboribus cõserẽdus: Aut pascu⁹ pecorib⁹. Aut floribus ĩ quo sunt horti apib⁹ cõgruẽtes Nã etsi georgicũ sit ἐργο ηγισ.i. terræ opus. quæ res primis duobus cõtinet̃. tñ ad vtilitatẽ agricolæ ptinẽt pecus & apes libri sunt didascali. Et qa præceptũ & doctoris & discipuli indiget scribit ad Mecœnatẽ vt Hesiodus ad psam:& Lucreti⁹ ad Memiũ. Lætas. pingues vt est cinis: Intermissio arãdi: Incẽsio stipulaꝝ & stercoratio. ergo lætas: qa fimus qui p agros spargit̃ lætamẽ vulgo dicit̃. Segetes:terras: Vt horresit strictis seges ensibus. Sydere. tpe & syderibus enim colligunt̃ tpa Quattuor primis versibus qttuor libris ondit sequẽtes. Vlmisq; adiũgere uites. Quæ res ptinet ad secũdũ librũ. Quæ cura boũ.q.t.h.s.p. Aut in sequẽti epexegisis est:vt hoc sit quis cultus habẽdo sit pecori. quod est quæ cura boũ aut p excellẽtiã ait boues:& postea intulit cætera pecora vt maius animal saperet a minorib⁹. Sicut de homib⁹:Reliquias danaũ atq; imitis achilli. Habẽdo vt habeat̃. Expientia. Vsu:natura:doctrina. Parcis. Seruatricibus frugi quæ nulla mella custodiũt. Liber & alma ceres. Stoici dicunt vnũ esse deũ & vnã esse deã:& eandẽ esse potestatẽ:quæ p ratiõe nostroꝝ officioꝝ variis nomibus appellat̃. ergo eũdem solẽ liberũ & apollinẽ vocant. Eandẽ lunã dianam cererem Iunonẽ & pserpinã dicũt. Vnde p sole & luna liberũ & cererem inuocat. Quæ.d.a. Quorũ cursu tempora computant̃. Luna eñ menses:sol annũ facit. Alma. Ab alendo:& ceres a creando. Si.siquid:est eñ confirmantis. Chaoniam. Epiroticã a loco vbi abũdant. & posuit speciẽ p genere. Glandibus eñ prisci vescebant̃. Acheloia. Aut eodem modo speciem pro genere posuit:aut quia vt docet Orpheus generaliter aquam veteres acheloum vocarũt. Arista. pro frumento posuit. vnde affectare pinguem dixit:cũ arista ab ariditate dicatur.

CHRI. Quid fa. lætas segetes. Quid quæ res. Nam q̃uis terra sua sponte producat fruges:tñ multo vberiores fient artificio hũano quod nũc demõstrandũ pponit. Quapropter cũ ppter inquisionẽ huius doctrinæ:quæ multiplex variaq; est difficilior oĩno res occurrat q̃ fuerit bucolicũ carmẽ:in quo pastorũ ruditas sola fuit exprimẽda diuersa ratiõe vtrũq; opus aggressus est. Nã in bucolicis: neq; pponendũ fuit. neq; inuocandũ ppter facilitatẽ. Nã vt ait Hora. Nec deus intersit nisi dignus indice nod⁹ inciderit: Si qua aũt ægloga fuit quæ pastoralẽ formã excederet:tũc seorsum diuinũ implorauerat auxiliũ. Vt Sicelides musæ paulo maiora canamus. Et in alio loco. Pergite pierides chromis & mnasyllus ĩ antro. Itẽ in amore Galli:qui pene tragicus erat: Extremũ hunc arethusa mihi cõcede laborẽ. Hic vero & distincte absoluteq; pponit: & ea qbus ĩdigebat numina sapiẽter ĩuocat. Quæ duo cũ procemii vice fungant̃:statim auditores & dociles cum demõstret de qbus rebus sit dicturus reddit:& simul attẽtos cũ pponat se q̃ apprimæ vtilia sint dicturũ facit:nec minus attẽti etiã reddimur ex inuocatiõe qa ex illa significat̃ rerũ magnitudo:quæ & ipsa in primis eos q audiũt attẽtos facit. Ex ppositiõe igit̃ q̃m ostendit se laboraturũ p vtilitate cõmuni:& ex inuocatiõe:q̃m magna quædã videt̃ polliceri beniuolentiã a sua sibi psona. Segetes. Seges a satu dicit̃. Et q̃m satio fieri nõ põt nisi assit terra:quæ veluti mater semẽ recipiat:atq; fruges concipiat:iccirco & terram ipsam & fruges qui fœtus illius sunt segetem appellant. Læticia

Lætas. Differt læticia a gaudio. Nam gaudiũ est cum animus exhilaratur aliqua re grata atq; iocũda: Gaudiũ neq; tamẽ ita ad exteriora diffundit̃ vltra modum vt facile appareat. Læticia vero est cum ita mouetur



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-85/0063
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG